Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

facti sumus letantes. Convertere domine captivitatem nostram: sicut torrens in austro. Qui seminant in lacrimis: in exultatione metent. Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Canticum graduum.

Nisi dominus edificaverit domum: in vanum laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini: filii merces fructus ventris. Sicut sagittae in manu potentis: ita filii excussorum. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquitur inimicis suis in porta. Cantico graduum

Feria 4a Ad vs Ana ja